sumendo, unde lubet; circumscribendo ut lubet, suæ potestatis Gens est.

Corollarium.

„ Polonia quando debilitata
„ est, solâ quiete reconva-
„ lescit.

Nam Poloniæ sufficientia â natura terræ pendet, *per proximè demonstrata.*

Naturalis terræ bonitas, vi humanâ tolli non potest.

Si naturalis terræ bonitas super-est, sponte naturæ iterum res hominesq; succrescent, dummodo non impediantur.

Non impediuntur, modo res intus extusq; sint quietæ.

Ergo ad restituendam Poloniam debilitatam sola *quiete* opus est.

Hoc ideo posui, ne inani tot millionum strepitu, quot *Mosci Gallig*ꝫ jactãt, capi nos patiamur. Fac, promissis staturos, quis